



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 10. Tredecim Episcopatus in Belgio erecti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæc. XVI. tur, necnon instituto Mechliniensi Ar-
A. C. 1559 chiepiscopatu per varias urbes novi
 Episcopatus erigerentur.

§. X.

*Tredecim Episcopatus in Belgio
 erecti.*

Onuphr. l. c. Cum ergo Philippi Regis petitio Ro-
Flor. Vander mæ æqua non minus, ac pia habe-
Hardt de ini- retur, Pontifex hanc in rem die vigesi-
tio tumult. ma octava Aprilis Anno Domini millesi-
Belg. mo quingentesimo quinquagesimo nono
 diploma edidit, vi cujus huic Principi
 concessit, ut tredecim novi Episcopatus
 erigerentur Mechliniensi Metropolitanò
 subjecti, iique erant sequentes, Antwer-
 piensis, Sylvæ-Ducis, Gandavenfis,
 Brugensis, Iprensis, Audomarenfis,
 Namurcensis, Harlemenfis in Hollan-
 dia, Middelburgensis in Zeelandia, Leo-
 wardiensis, & Grüninganus in Frisia,
 Ruremundanus, & Deventinanus in Gel-
 dria.

Postea Pontifex Cameracensem, Ul-
 trajectensem, & Melchliniensem Episco-
 patus ad Archiepiscopales Ecclesias e-
 vehens, in reliquis tredecim urbibus Se-
 des Cathedrales instituit, quas hac ra-
 tione trium Metropolitanarum suffraga-
 neas esse voluit, & Cameracensi quidem
 Metropolitanæ, Atrebatum, Tornacum
 anti-

antiquas Episcopales Ecclesias, ex novis Sæcul. XVI.
A.C. 1559.
 vero Audomarum, & Namurcum sub-
 jecit: Trajectensi vero Archiepiscopali
 novas sedes Episcopales Harlemensem,
 Deuentriensem, Leovardiensem, Gru-
 ningensem, Middelburgensem attribuit,
 & novam Mechliniensem Metropolita-
 nam novis Episcopatibus Antwerpiensi,
 Gandaveni, Brugensi, Iprensi, Bu-
 scoducensi, Ruremundensi præesse vo-
 luit: insuper Pontifex ex tribus duas
 partes redituum de Teruano Episco-
 patu, quem Carolus V. Cæsar deva-
 staverat, Audomarensi, & Iprensi Ec-
 clesiis in Belgio tum attribuit, & reli-
 quam tertiam partem Bononiensi Eccle-
 siæ in Galliis adscripsit, ibidemque Episco-
 palem Sedem pariter instituens, ean-
 dem velut Suffraganeam Rhemensi Ar-
 chiepiscopo subjecit. Ceterum hujus
 mutationis a Papa obtinendæ ratio ob-
 tendebatur, quod raræ in ea regione
 Episcoporum Sedes ab initio essent, eo-
 quod tunc ea non adeo frequentaretur,
 cum vero nunc oppidorum, & hominum
 numero florentissima esset, hinc ad tan-
 tam messem colligendam operariis plu-
 ribus opus foret.

§. XI.

*Flandri hanc immutationem sinistre
 interpretantes.*

S 3

Flandri